

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,
præsertim Religiosis accommodatum

Družbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066413

Examen I. Super ordinem temporum, & actionum diurnarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45441

Porrò Examen hoc etsi prævio aliquo usu poterit non multum temporis absumere, tamen etiam poterit ad pauciora capita, contrahi, pro eujusque arbitrio. Quin imò poterunt initio pauca de primis assumi, tum ad alia aliaque capita sensim propressus fieri.

Cæterū extra dubitationem esse debet. Hujus Industriæ usum, hoc est hanc horariam diligentiam, atque hanc in horas vivendi, omniaque tanquam ultimæ sint horæ ultima opera, peragendi consuetudinem, & exercitationem, esse maximè ad promovendam in animo perfectionem accommodatam, atque efficacem, dummodo non defatigemur in opere bono, sed abundemus magis, quoniam labor iste horarius est, præmium verò æternitatis beata est.

INDUSTRIA XVI.

Varia genera Examiniū utilium ad profectum propounderunt, quæ ad normam superiorum fieri possunt.

Industriâ præsenti, tantum enumerationem complectar variorum Examiniū quæ ad profectum in virtute, & ad evitationem plurimum in vita quotidiana defectuum, plurimum juvare spiritualem negotiatorem poterunt, si iis exercere sese voluerit. Tale est.

EXAMEN I. Super ordinem temporum & actionum diurnarum, in quo homo dispiciat, quomodo ab hora surgendi, usque ad decumbendi horam, omnes ordinatè, (suppono autem ordinatas illi esse, tum à Communitate, tum ab illo met ipso) vixerit, & in occupationibus à se

præ-